Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



plectentes coronam de spinis posuerunt sup
caput eius et arundinem in dextera eius et ge
nuflexo ante eum illudebant dicentes. Ave
rex iudeorum. Et exspuentes in eum acceperunt
arundinem et percutiebant caput eius. Et postq̃
illuserunt ei exuerunt eum clamide et induen
runt eum vestimentis eius et duxerunt eum
ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt ho
minem cyrenenum nomine simonem hunc
angariauerunt ut tolleret crucem eius. Et veni
unt in locum qui dicitur golgatha quod est
calvarie locus. Et dederunt ei vinum bibere
cum felle mixtum. Et cum gustasset noluit
bibere. Postquam autem crucifixerunt eum di
viserunt vestimenta eius sortem mittentes
ut adimpleret quod dictum est per prophetam
dicentem. Diviserunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt sortem. Et se
dentes servabant eum. Et imposuerunt
super caput eius causam ipsius scriptam. Hi
est ihesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones unus a dextris et unus a si
nistris. Pretereuntes autem blasphemabant
eum mouentes capita sua et dicentes. Vah
qui destruit templum dei et in triduo illud
reedificat. Salua temetipsum si filius dei
es descende de cruce. Similiter et principes sacer
dotum illudentes cum scribis et senioribus